



Q. B. V.

POSITIONES
MISCELLANÆ

Ex
HUMANITATE POETICA.

Qvas

SUB PRÆSIDIO

VIRI NOBILISSIMI AMPLISSIMI

ATQVE EXCELLENTISSIMI,

**DN. JOHAN. GEORGII
NEUMANNI,**

POES. PROF. PUBL. & h. t. DECANI
SPECTATISSIMI.

*DNI. PATRONI AC PRÆCEPTORIS SUI OMNI
OBSERVANTIÆ & HONORIS CULTU PROSEQUENDI,
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI*

SISTIT

M. HIERONYMUS DATHE,

A. & R.

H. L. Q. C.

AD DIEM XXX. AUGUSTI c 19 19 c XC.



WITTENBERGÆ,

LITERIS MATTHÆI HENCKELII, ACAD. TYPOGR.

POSTILLIONES
MISCELLANEA

EX
HUMANITATE POLITICA

QVAV
SUB PRÆSIDIO
VIRI NOBILISSIMI MARCELLI

ATQVE EXCELLENTISSIMI
DN. JOHANN. GEORGI
NEUMANNI,

POES. PROF. PUBL. & R. E. DECANI
SPECTATISSIMI

DN. PATRONI AC PRÆCEPTORI SUI OMNI
OSSERTATIONE & HOMAGIO CUNCTIS AESTIMANDI
FORNIC. IN DOTORUM EXAMIN.

M. HIERONYMUS DATH,

H. J. C.
AD DIEM X. AUGUSTI 1712 XC.

WITTENBERG,
Johann. MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.



Positio I.

PRæstantissimas quas-
que gentes carmine con-
didisse Historiam, adeo
certum est, ut in dubio
relinquatur, soluta ne an ligata ora-
tio antiquitate alteram antecellat.

II.

De Carminibus Sibyllinis tot fe-
rè sententiæ quot volumina extant;
neque tamen Vosio, quem Dale-
nius, Simonius, Dupinius, Reiskius
confutant, nec Crassetio, cui Mar-
ckius se opposuit, nec ipsi Blondel-
lo, nec Petito aut Beveregio per o-

) (2 mnia

omnia adstipulor; Sed oracula Sybil-
lina, quibus Propheticae facultatis
specie Pagani delusi sunt, à carmini-
bus Sibyllinis distingvo, quæ ex la-
ciniis priorum adornata, & ad pro-
pagandum veri Dei cultum aucta
mirificè & interpolata sunt, ac ho-
dienum octo libris continentur.

III.

Diluvium Deucalionis, Ovidii
potissimum carminibus celebra-
tum, minimè aliud censendum,
quàm quod sacris literis proditum
descriptumque est.

IV.

Quod de Ovo mundano tam sva-
viter fingunt & comminiscuntur
Poëtæ, ad rudem indigestamque
molem initio rerum conditam perti-
net, suamque originem debet He-
bræo

bræo verbo, quo æternus Spiritus a-
quis incubâsse significanter admo-
dum perhibetur.

V.

In eo dissensu, quem de ætate Ho-
meri & Hesiodi fovent Auctores,
præstat subscribere iis, qui aliquo
saltem tempore simul vixisse illos ar-
bitrantur.

VI.

Campos Elyfios nolim quidem
cum Grotio dicere locum visibus
nostris subtractum, in quem Sancti
Lazari anima commigrârit: ast nec
affirmaverim temerè, in Septentrio-
ne quærendos illos esse, ceu à Cla-
rissimo quodam Geographo opero-
sè aslertum est.

VII.

Luciani aut Celsi alicujus nomen

) (3 me-

meretur Auct̄or Tractatus Theo-
logico Politici, cum Jobi librum scri-
bit, Gentilium affectare Poësin: uti
enim nihil, quod Fabulam aut Para-
bolam redoleat, continet, ita nec
Dramatis aut Tragœdiæ indolem
ullâ sui parte refert.

VIII.

Vix condonari potest Q. Cur-
tio, quod Græcorum carmina qui-
bus Marfyas amnis increbuit, men-
dacia appellare non dubitat.

IX.

In Veteri Ecclesia non facilè a-
liis five rythmis five hymnis, quam
divinis extollebant Dei laudes, un-
de Concilii Laodicensi Can. LIX. cau-
gœ-

tum est, ne ψαλμοὶ ἰδιωτικοὶ Psalmi Plebeji in Ecclesia canerentur.

X.

Quemadmodum Satyra ex Tragoedia, Mimus è Comœdia; Sic Parodia ex Rhapsodia nata est.

XI.

Non est versus Hypercatalecticus, cui superest in fine Syllaba cum sequenti per vocalem non coalescens cujus generis Virgilii quidam sunt:

*Bis Patriæ cecidere manus, quin
protinus omnia.*

*Præferimus manibus vittas ac verba
precantia.*

*Canities inculta jacet, stant lumina
flammea.*

XII.

XII.

Sappho Lesbica insignis Poëtria carminis inventrix est, quod ab ea Sapphicum appellatur: Jambicum perinde. Genus à Jambe vetula, fegnus paulò ad lyram saltante sic dictum esse, cum Lilio Greg. Gyrardo existimo.

XIII.

Genius veterum describente Censorino, est Deus, cujus in tutela, ut quisque natus est vivit, tamque assiduus vitæ humanæ observator est, ut ne ad momentum quidem temporis decedat, sed ab utero matris exceptos ad extremum vitæ diem comitetur.



